





DELICIARUM  
EPISTOLICARUM  
FESTIVALIUM

*Exercitatio Decima quarta*

P R A E S I D E

CHRISTIANO GUEINZIO

Rectore Gymnasii Hallensis

*Respondente*

JOHANNE - NICOLAO BENCKERO

Hallensi Saxone

In

*Festo Johannis Baptiste.*

CID. DC. XLIV.

---

HALLIS-SAXONUM

Typis Christophori Salfeldi.

## VIRIS

Admodum Reverendis, Clarissimis, Humanissimis, eximia pietate, sincera religione, summae verum experientia, & auctoritate præstantissimis.

Dn. GOTHOFREDO OLEARIO,  
S. S. Theologizæ Doctori meritissimo, ad  
Divum Ulriciani Pastori primario fidelis-  
simo, Scholarchæ gravissimo.

Dn. JOHANNI OLEARIO, S. S.  
Theologizæ Doctori dignissimo, Reve-  
rendissimi, Illustrissimi, & Celsissimi  
Principis ac Domini, Dn. AUGUSTI,  
Archiepiscopi Magdeburgensis concio-  
natori Aulico celeberrimo.

Dn. M. TILEMANNO OLEARIO,  
Ulriciani, quod Halis est, Templi Diacono  
primario, uti industriosissimo, ita vi-  
gilantissimo.

Dn. Avunculis, quolibet honoris & ob-  
servatiæ magmètò & viternū excipiendis  
Hasce primitias Theologicas  
in

Amoris monumentum,

&

Favoris incitamentum

quam humillimè mancupsat  
Johannes Nicolaus Benckerus R.

# EPISTOLÆ

In  
FESTO JOHANNIS BAPTISTÆ  
ANALYSIS

Esa. 40. à v. 1. usq; ad 6.

THESES I.



namdis Johannes secundum Chri-  
sti testimonium sit maximus inter  
natos mulierum, emineatq; præter  
Christum, universis Matth. II, II.

Unde juxta Bernhardum unus  
est, nec secundum haber: tria namq; Deus fe-  
cit sine secundo, Christum, Mariam & Joha-  
nem: tamen & Eliae comparatur Matth. 11, 4.  
1. ob Spiritum Sanctum, cuius virtute, uii Elias,  
indutus erat Luce 1, 17. 2. ob Zelum, dum  
Herodem objurgavit Marc. 6, 18. Phariseos  
increpavit Match. 3, 7. 3. ob victimum, quem-

) ( 2 admo-

isfr-  
nags  
O,  
, ad  
elis-  
S. S.  
eve-  
imi  
ti,  
cio,  
O,  
co-  
vi-  
ob-  
idis  
cas  
dab  
R,

admodum ille à corvis pascitur 1. Reg. 17, 6.  
Sic hic vescitur locutis & agrestibus Matth. 3, 4.  
4. ob vestitum. Ut ergo enim zona pellicea cinctus  
fuit, de illo 2. Reg. 18. de hoc Matth. 3, 4. 5.  
ob mundi primum, Elias multas persecutions  
passus est ab Iesabele 1. Reg. 19, 3. Johannes ab  
Herodiade Matth. 14, 9. ut recte dicatur quod  
sit similis Eliæ, immo quod sit major. Id quod eti-  
am Epistola declarat.

2. In qua habentur quedam generalia,  
quæ concernunt statum & populum quoad  
adventum per exhortationem, quæ consistit  
tum in consolatione v. 1. In quo mandatum  
ingenere, Consolamini, consolamini. Allo-  
quitur enim Deus Prophetas, Apostolos, & in  
universum omnes, quo solatio refocillent audi-  
tores, propter solvendam captivitatem cum  
temporalem Babyloniam, quemadmodum  
Chaldaica paraphrasis intendit, cum spiritu-  
alem Diabolicam potissimum, quemadmodum  
rabbi David Kimchi etiam consentit, dum  
monet, omnes istas consolationes de diebus Mes-  
siae esse intelligendas.

3. Repetitur vero vox consolationis Empha-  
sicè per antanaclasin sine tautologica; quia  
la seria Dei voluntas ut consolentur populum  
omni

7, 6.  
3, 4.  
nctum  
4. 5.  
iones  
esab  
quod  
d eti.  
  
alia;  
uoad  
sistit  
atum  
Allo  
& in  
sudi-  
tum  
odum  
ritu-  
ndum  
dumb  
Mef.  
  
pha.  
quit  
ulum  
om.  
  
7, 6.  
3, 4.  
nctum  
4. 5.  
iones  
esab  
quod  
d eti.  
  
alia;  
uoad  
sistit  
atum  
Allo  
& in  
sudi-  
tum  
odum  
ritu-  
ndum  
dumb  
Mef.

omnes doctores; & quia 2. est officii paracletici  
requisitum, ut diligenter hoc ipsum præsent,  
quemadmodum & fecit Christus, & ipse Apo-  
stolus Paulus 2. Cor. 1, 9. & sequentibus.

4. In specie est tum objectum sive materia  
circa quam, ut consolentur populum: sub-  
jecti enim sunt credentes cruci Esa. 45, 11.  
Et cum in superiore capite de captivitate Baby-  
lonica hanc obscure differuisse propheta, opus  
fuit consolatione Evangelica, qua animi populi  
erigerentur. Ideoq; describit populum per E-  
pitasis à relato, dum eum populum suum  
vocat, ut qui à Deo affligebatur propter pec-  
catum, etiam ab eodem solatio refocillaretur:  
fidelis enim est Deus, ut qui mortificat, &  
iam vivificat. Quin Evangelium est jucunda  
consolatio, & leti nuncii declaratio. Id quod  
& verbum nachan notat, dum mutationem,  
que fit consolatione, denotat.

5. Tum est efficiens causa, cuius appella-  
tio: siquidem hoc dicit Deus, qui & ipse po-  
pulum suum efficaciter consolatur Esa. 51, 12.  
& 66, 13. & qui planè paterno est in suos ani-  
mo, misitq; propterea Salvatorem mundi. Hac  
enim intelligenda sunt de tempore Novi Testa-  
menti, secundum Esa. 52. cap v. 6. & 7. & se-  
cundum contextum huius capituli; etiam per

) ( 3. præ-

præcones verbi cœlestis, uti testatur Apostolus  
Paulus Thess 2, 13. Et relatio quod Deus no-  
ster; sunt enim alii Dii, qui idola gentium, qui  
non consolantur, sed irritantur, non pacifican-  
tur, sed nugantur. Officium itaq; doctoris Evan-  
gelici est consolari populum.

6. Et consistit in blanda compellatione v.

z. In quo partim propositio, continens mo-  
dum leniorem, ut loquantur ad cor Jerusa-  
lem, id est ut verbis blandis consolentur popu-  
lum, quo ad cor penitret, et recreetur populus  
Dei, sicuti ista formula usurpatur Gen 50, 20.

2. Sam. 19, 7. 2. Paral. 30, 22. Osee 2, 14.  
ne si externa tantum et frigida consolatio, de-  
qua Jobus conqueritur cap. 16, 2. sed interna  
et cor penitans, secundum promissionem Ioh.  
16, 22. et Ps 112, 4. Hac enim est pax Dei Col.  
3, 15. victoria pri Apoc. 12, 11. gloria etiam  
ejusdem Ps. 55, 8.

7. Ec vehementiorem, ut clamant ad e-  
am, id est ut prædicens, vocandoq; dicant, quo-  
omnes audiant, quemadmodum propterea eti-  
am Johannes, reliquiq; doctores voces claman-  
tis dicuntur Ioh. 1, 23. Evangeliumq; vox Do-  
mini super aquas. Ps. 29, 3. Non ergo rancere  
debent, sed clamare doctores Ecclesie. Atq; ita  
et commendatur ministerium externe vocis,  
quod

quod efficitur per spiritum sanctum, dum Evangelium vox in auribus, non, ut lex, in tabulis.

8. Partim propositionis ratio primaria propter liberationem, quia completa est militia ejus. Completa dicitur propter certitudinem, ut sit praeteritum, profuturo. Per militiam autem tum propriè intelligitur hostis spiritualis, ut est Satan, mundus, caro, qui licet hostes infensissimi, Eph. 6, 12. I. Pet. 5, 8. tandem per Christum sunt vici. I. Cor. 15, 54. Et seqq. Id quod etiam testatur Zacharias Luc. 1, 21. suntq; omnes Christiani milites. Rom. 13, 14. Tum etiam intelligitur cultus Veteris Testamenti, dum verbum militare itidem de functionibus talibus usurpatur. Exod. 38, 8. Num. 43, 24. I. Sam. 2, 22. Dan. 8. At per Messiam ab illo onere liberati dicimur. Act. 15, 28. Ut videatur finitum tempus militiae Leviticae, sic tempus alterum spirituale, de quo Paulus I. Tim. 1, 18. Gall. 4. Non vero malitia legendum est, ut habeat Glossa ordinaria, quam vis utraq; illa militia sit mala.

9. Et propter salvationem in genere, quia est remissa iniquitas ejus. Id est peccata per legis abrogationē, ( ubi enim nulla lex, ibi nullum est peccatum ) per ipsum Christum, qui per nomen ejus habent omnes remissionem peccatorum

Act.

**Act. 10, 43.** ita ut jam habeat Deus cum sibi  
satisfactum, acceptas afflictiones, nec amplius ve-  
lit punire.

**10.** Et in specie rationis ratio secundaria,  
quia accepit de manu Domini duplia pro  
omnibus peccatis. *Hoc est remissionem pecca-  
torū & reconciliationem, gratiam pro peccato.*  
*& vitam pro morte.* Desumpta enim est hac  
phrasis ex ritu Vet. Test. quo in hereditate ade-  
unda primogenitus duplā partem accepit Deus.  
**21, 17.** jam populus Dei habetur pro primoge-  
nito, cuius typus in populo Israelitico præcessit.  
*Exod. 4, 23.* ita ut satis superq; sic castigata  
iniquitas, dum Ecclesia duplum accipit per Chri-  
stum, beneficium. Non itaq; per satisfactiones meo-  
ratorias, sed divinas. Intelligitur etiam portio  
hereditatis cœlestis, vita & abundancia *Job.*  
**10, 10.** *gratia & gloria Ps. 84, 10.* Licet Kime-  
chi, Hieronymis, & Musculus de duplice ca-  
pivitate intelligent, Babylonica & Romana,  
ut & Chaldæus, qui Ellipsin in textu statuit,  
ac duabus vicibus punitam asserit.

**11.** Specialia sunt de Christi prodromo,  
nempe de Johanne particulariter quoad of-  
ficium ejus. *Cum enim vellet probare Prophe-  
ta tempus adesse quo statio dimittenda, & quod*  
*Deo satisfactum, ostendit se audire vocem.*

*Quæ*

Quæ summatim cōsistit in prædicatione  
seu viæ præparatione v. 3. In quo subjectum  
respectu modi ab officio, quod sit vox cla-  
mantis, per quam intelligi ipsum Iohannem Ba-  
ptistam, patet tum ex allegatione Evangelistarum  
Matth. 3, 3. Marc. 1, 3. Luc. 3, 4. cum ipsius Ba-  
ptistæ, qui ipse ad se applicat Job. 1, 23. & ejus  
deniqꝫ patris Luc. 1, 26. Vox verò clamatis, seu  
vox clamans dicitur, dum omnes ad se venientes  
peccati cōvicit, & seria divine ire denunciatione  
cōsternavit. Voci verò comparatur, quia uti vox  
trāsū & verbum permanet, sic Iohannes non diu  
fuit, sed Christus permansit Ioh. 3, 30. Et cla-  
mantis dicitur, quia non sui ipsius, sed alterius  
erat minister, uti habet Rud. Ardens ex 2.  
Corinth. 5, 20 simulqꝫ innuitur, quod diu tacu-  
erint Prophetæ, & quod sub lege raucedo fuerit,  
modo tempore Evangelii candida vox & veri-  
tas secundum Theophylactum: ut & mone-  
antur doctores ne taceant, sed clament secundum  
Esaie 25, 1. Triplex enim vox esse debet juxta  
Hugonem pastoris, suavis ad infirmos, dulcis  
ad morientes, & alta ad surdos in peccatis. Et  
loci quod in deserto hoc fieri debeat. Nam  
illa verba ad vocem clamantem referenda esse  
& Evangelistæ ostendunt, qui acti spiritu San-  
cto. 2. septuaginta ita distingvunt, & 3. veritatem

( 5 hist.

historie probat, dum ipse docuit in deserto, & vo-  
catus illinc, etiam magnam partem ministerii ibidem  
peregit. Luc. 3, 3. Joh. 1, 21. quia I. dissidebat ab  
opinionibus sacerdotum templi. 2. quia finē instare  
annunciabat 3. quia de Christo dicitur, quod ve-  
nerit ad templū Malach. 3, 1. & de Johanne quod  
in deserto Esa. 40, 3. Et Lucas testatur ipsum fui-  
se usq; ad tempus avadēz̄ew̄ in deserto. Luc. 1,  
80. Neq; quicquam, quod habet Tremellius  
& Junius obtinet accentus; siquidem ille per Spi-  
ritum Sanctum limitatur, ubi ponendus, vel  
non. Deinde est minor, & habetur in voce cla-  
mantis Sakeph minor, in voce deserti vero Sae-  
keph major, qui potius separat à sequentibus  
quam conjungit, dum Sakeph utrumq; solet se-  
pius conjungere, uti habet Helvicus de accentis  
bus. Nec muleum refert dum in altero dici-  
tur, quod in solitudine debeat recta fieri via: idq;  
enim non de facientibus intelligendum, sed de do-  
cente, quod & ille inibi tradidit, uti Forerius su-  
per hunc locum monet. Etiam per desertū potest  
intelligi populus gentilis, quamvis Jof. 18, 17.  
mentio fiat arcis adunim, que in deserto, ubi  
Essei. & Johannis spelunca, ut tanquam studi-  
osus amarit solitudinem, ubi & Eliseus & Elias  
Scholas habuerunt.

I. 2. Prædicatum continet effectum in ger-  
nere

nere per similitudinem, ut complanetur via  
Domini. Ac si diceret: tollite omnia impedi-  
menta per prædicationem legis, qua Dominum.  
id est Christum à se repellere possunt, ut fieri so-  
let, quando principes magna cum pompa urbem a  
liquam ingredi volunt. Verbum enim Ebraicum  
faciem reddere significat, ne habeat aliquid sor-  
dium in equalitatem & indecentiam. De Domino  
dicitur Gen. 24, 3. Malach. 3, 1. de via Luc.  
Et in specie ut rectam facerent in solitudi-  
ne semitam strata m Deo nostro. Non enim  
sufficit parare viam, sed recta facere, ne per am-  
bagies cogatur qui ire. Hebreæ vox Mesilloth  
significat viam stratam lapidibus, ut recta ad  
Christum, non ad alios, ire queant. Uirumq.  
verò dicitur de Christo, qui ut supra vocatur  
Dominus sive Iehovah, ita hic Deus noster: pro-  
pterea quod causa salutis nostra in mundum ve-  
nit, id quod Johannes prædictum prædicando  
Matth. 11, 11. Luc. 16, 16

13. Tum consistit in pœnitentiæ prædica-  
tione seu demonstratione v. 4. In quo ante-  
cedens, cum de valle, quod omnis vallis sit  
exaltanda: per quam intelligitur nimia humi-  
liatio, orta ex seria peccatorum contritione.  
Vallem enim vocat omnes afflictos peccatores,  
qui sedent in umbra mortis, & qui sunt contrito  
corde

'corde & humiliato spiritu; ideoq; non audent  
sublevare oculos in cælum, memores delictorum  
suorum, uti Publicanus fecit Luc. 18, 13. & fi-  
lius perditus Luc 15, 21. Cum igitur sese coram  
Deo abjiciunt & humiliant, Deus illos exaltat,  
& eos ablegavit Johannes ad Christum, ut  
gratiā pro gratia sumant Ioh. 1, 16. & hoc  
est exaltari.

14. Tum de monte, ut omnis mons & col-  
lis, id est omnis superbus & elatus humilietur.  
Duobus enim modis peccatur potissimum, vel  
in defectu per abjectionem, vel in excessu per  
elationem, ut per moniem & collem si intelli-  
gantur, qui fiducia propriae justitiae elati, re-  
gnūm cælorum sibi deberi existimant. At ista sub-  
limitas rejicienda erat, ut Christus reverenter  
exciperetur: Humilia enim respicit Deus Ps. 137.

15. Consequens quod prava futura sint in-  
directa, & aspera in vias planas. Hoc est o-  
mnia mala finitum iri, eritq; facilis & plana via  
perveniendi ad justitiam, seu consequendi salua-  
rem, id quod fit, dum predicatione sua utramq;  
pænitentiae partem contritionem & fidem pro-  
bè inculcavit, ut denuntiacione iræ Dei cordium  
superbiam humiliarit, & promissione Evange-  
lica de gratuita remissione peccatorum per Chri-  
stum obtainenda humilium instar vallum men-  
tes

tes erigantur, quod testatur & Zacharias Lue.  
1, 77. ut ita sit consolatio regni Dei, que prædi-  
cationi resipiscentiæ adjungitur.

16. Quoad effectum seu fructum; Et est  
salvatoris de monstratio v. 5. In quo modus  
quoad objectum: monstrabitur enim gloria  
Domini, nempe per Iohannem, dum ab eodem  
Christus ostensus, & digito monstratus. Et per  
Christum, dum homo factus, quod semet ipsum  
stupendis miraculis manifestarit, uti habetur  
Joh. 2, 11. sunt enim miracula testimonia  
doctrina cœlestis per Apostolos & doctores 2. Cor.  
4, 6.

17. Et organon, quod visura sit omnis ca-  
ro pariter, id est partim ubi conversatus Chri-  
stus in his terris, Ioh. 4, 1. partim ubi & voca-  
tes sunt omnes gentes Ps. 19, 1. Marc. 16, 15.  
equè enim iudeis & grecis annunciatum est  
Evangelium.

18. Est eventus, quod os Domini lo-  
cutum est; quia Deus ita prædixerat, & per  
prophetas annunciauerat, que eventu confir-  
mata, & tandem comprobata sunt, uti & Chal-  
dæus inquit in sermone Domini decretum est.  
Idem habet & Kimchi, quia ipse ultimò, uti  
babetur Ebr. 1, 1. patris voluntatem revelavit  
& gloriam suam demonstravit. Non ergo ho-  
minis

minis, sed Dei verbum est, quod annunciarur.  
Est enim commendatio Evangelii ab autore.

## HINC NOTA.

I. Consolamini, Consolamini) Considera afflictos solatio esse erigendos, ut discas post legis terrorem Evangelii gratiam subjungendam esse.

II. Vox Clamantis) Considera, clamandum esse non tacendum, si vis esse minister Dei, ut discas extollere vocem, & increpare scelera.

III. Parate viam Domino) Considera Deum velle omnia munda & sancta, ut discas vitare sordes peccatorum, si vis quo te accedat Deus.

## QUÆSTIO PHILOLOGICA ex Evangelio.

I. Quodnam tempus pariendi sit, & cuius Johannes consueto naturæ ordine natus. R.

**A**pud Phisopbos varie disputatur de tempore partus. Aristoteles lib. 7. c. 4. de historia animalium homini mirè multiplex pariendi tempus esse scribit. Nam & septimo mense (idem habet & Hippocrates libro de septimestri partu) & 8. & 9. parere posse, ut plerumq; decimo, quamvis octomestris partus in-

nost-

nostris locis raro sit vitalis, in Ægypto tamen uti  
testatur Plinius lib. 7. c. 7. Johannes non men-  
se à conceptione natus secundum consuetum na-  
ture ordinem & cursum: cum ne cavillatores  
impii haberent quod calumniosè calumnina-  
rentur: cum ne improbi haberent quo illicitos  
congressus & partus suos speciosè tuerentur.

2. Unde nomen Johannis.

Chrysostomus lib. 45. Hom. 16. Tom. 2.  
gratiam DEI interpretatur. 10. inquit enim  
dicitur Domini & Anna gratia, quia majorem  
accepit gratiam. Verius tamen est, à radice  
Ethan, quod idem est ac gratus, & propiti-  
us fuit. Quia Deus respexit populum suum,  
& visitavit eundem secundum assertionem Zach.  
v. 68.

3. An recte illa verba: Alle findes find?

Piscator mavult: Alle geschlechte: Verum  
quum yvedicatur de posteris, cur non ita  
redderetur? quia 1. per nepotes conservatur  
familia 2. idem est quod apud Ebraeos libne ba-  
nim in filios filiorum, uti habetur Ps. 103., 17.  
nam eadem sunt verba uero big: que tamen  
& Piscator ipse ita transtulit auff findes  
kinder. Nec satis perspicuum Alle geschlechte  
nach einander quum phrasis Graeca aliter sonet,  
& scriptura non italoquatur.

**I**n Scamno quicunqz locum tenet, optimus int̄stantes prae reliquis esse videtur homo. (ter  
Quippe potest populum solari fortius, imo  
Solari melius, dixit ut ipse Deus.

**C**or penitrat Solymæ, quia pugna peracta, re-  
Culpa; loco culpas sunt bona dupla Dei. (missa  
Vox in deserto clamosa: parate Iehovæ

Usqz vias! Fiat semita recta Deo.

**M**ons humilis fiet; quin exaltabitur omnis  
Vallis; erunt simul & aspera plana satis.

**G**loria nam Domini patescit, cernet & omnis  
Talia, quod pariter dixerit ista Deus.

**A**mosides testis, repetit BENCKERUS. Habet  
Pergitur, in Scamno nobiliore locum. (bit,

ita testatur

Gueinzius.

**E**t ἐγώ γρανόφρεων πάντελῶς, οὐδὲ ἄξιος  
πάντων ἔργων κλέψει τε αὐθρώσων, ὅτῳ  
θεοῖό εἶ: Φροντίδος διὰ γεάματα.

BENKHEPE σεμνὴ τοιαῦτα' τιν μέλψ μόνος,  
ἔως τούτης πρὸς ποιμένων ἐιη λέγει,  
γνωθέντι αἰεὶ τυτέω μένε,  
δῶσθε ἀπόλλων ὡυτὸς ορχήστραν πάλαι.

bonæ scævæ ergò  
deprop.

SAMUEL STURMIUS. L. L.

Instandsetzungsschein

ersten und letzten Lagen des Buchblocks  
jen in siedenden Bädern gereinigt und ge-  
tigt. Mürbe und zerissene Teile des Papiers  
jen ausgebessert.

Bucheinband wurde originalgetreu wieder  
gestellt.

3

**ULB Halle**  
006 386 679





